



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2231. Markgraf Hermann bekennt, die Pfingsten fällig gewesene
Reichssteuer mit 600 Mark Pf. empfangen zu haben, am 30. September
1305.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2231. Markgraf Hermann bekennt, die Pfingsten fällig gewesene Reichsteuer mit 600 Mark Pf. empfangen zu haben, am 30. September 1305.

Nos Hermannus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio et dominus de Henneberg, Recognoscimus et tenore presencium publice profiteamur, quod honestos viros et discretos, ciues in Lubbik, in sexcentis talentis lubicensium denariorum, que in festo Pentecostis proximo preterito debuissent persoluisse, penitus, dimittimus liberos et solutos. Datum Brunnebe, anno Domini millesimo trecentesimo quinto, in crastino sancti Michaelis.

Aus dem Lübecker Urk.-Buch, Theil II, S. 167.

2231. Die Markgrafen Otto und Woldemar bestätigen dem Kloster Bukow seine Grenzen in der Gegend des Bukow'schen Sees und der Dörfer Ewentin und Neycow ic., am 22. März 1306.

In nomine domini Amen. Otto et Woldemarus, Brandenburgenses, Lusacie et Landesbergh marchiones, vniuersis Cristi fidelibus presens scriptam visuris notitiam subscriptorum. Actiones, quas mundos ordinat, sepe delet successus temporum, nisi muniantur firmo karaktere literarum. Ea propter ad vniuersorum notitiam tenore presentium publice volumus peruenire, quod omnem libertatem fratribus in cenobio Bukowe Deo famulantibus per strenuos milites videlicet Johannem de Stetz et filios Nicolai de Hakenbeke super distinctionibus terminorum intra Jewenthin et Repekowe cum omnibus suis attinentiis et vtilitatibus traditam, scilicet quam in terris, siluis, aquis, pratis, pascuis, piscationibus laborando arte qualibet fratres ejusdem cenobii aut eorum homines tempore post futuro potuerint absque tergiuersatione aliqua exercere gratam perpetuo tenere volumus atque ratam. Sunt autem hujusmodi distinctiones secundum situm locorum infra scriptorum hoc ordine situate. Primo et principaliter incipientes a Pristan Brunne et usque ad riululum tendendo, qui Swirnise nuncupatur. Deinde ad alium locum siue riululum, cui nomen est Wolowastrugo, abinde tendentes ad montem, qui vocatur Jaswineke, deinde ad alium montem, qui dicitur Jastremowagora siue Hauekesberch, abinde tendentes ad locum, qui vocatur Bolesowe, deinde ad riuum siue ad antiquum pontem in locum, qui dicitur Grabowastrugho, abinde ad alium riuum qui vocatur Polnitz, predictos fratres in hac libertate eisdem tradita ob specialem favorem quo ipsos prosequimur confouere volumus fauorabiliter. Ne autem super hoc dubium cuiquam imposterum valeat suboriri, presens scriptum dedimus nostrorum sigillorum appensionibus roboratum. Cujus rei testes sunt nostri fideles videlicet Conradus de Redere, Ludolfus et Haffo de Wedele, Nicolaus de Buch nostre curie dapifer et Ebertus Romele milites